Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



despicias. ut in fide ueritatis & in desiderio perfici
as. quatinus in proposito pietatis. dux tibimet ipsi
bonorum operum & eorum qui tecum sunt & post te erunt piissimorum
efficiaris imperatorum. Ex hoc enim amatores xpi profi
ciunt ad deternam salutem. Non ergo spernas simplicita
tem. & in politos sermones. nec enim operis est diuine
doctrine sophistice & eloquenter signare sermo
nes. sed suadere mentes hominum in fide & operibus ue
ritatis. secundum quod scriptum est. aperi os tuum uerbo dei. Et
iterum. Non spernas narrationem seniorum. & ipsi enim
didicerunt a patribus. Denique sanctorum id est patriar
charum & prophetarum abraham scilicet & ysaac & iacob
moysi & helie & iohannis ideo descripta est fides &
conuersatio. non tantum ut illos glorificarent quos certe
dominus glorificauerat. & in regno suo gloriosos ha
bebat. sed ut legentibus posteris conferrent uerita
tis doctrinam & exempla salutis.

Cum primum ad alexandriam perrexissem ciuita
tem. repperi uirum mirabilem undique ornatum
moribus. conuersatione & scientia. hisidorum presbiterum.
ex senodochio constitutum alexandrie ecclesie. Qui
quidem primae iuuentutis illecebras dicebatur in so
litudine macerasse. cuius & iam nos & cellulam ui
dimus in monte nitrie. Inuenit autem eum annorum septu
aginta senem. quindecim alios annos defunctus